

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio t  
cum uariis

In affatu siue locucione disciplina honeste conuersacionis attenditur in qua quinque res sunt obseruande: hoc est quid, cui, quomodo, quando et ubi dicatur. Quid ut nunquam in sermonibus ociosa adhibeantur. Ociosa autem sunt omnia que sunt aut nociua, aut inhonesta, aut inutilia. Inutilia autem sunt que nec loquentibus, nec audientibus prosunt. Inhonestasunt que uel illius qui loquitur, uel cui loquitur, uel de quo loquitur dignitati non conueniunt. Nociua autem sunt que suis suasionibus animos auditorum ad errorem siue prauitatem inducunt.

Hugo ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

affatu siue] affectu siue P, affectu sine V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; siue] sine M; omnia *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
suis *om.* C; Hugo *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>